

Hannibal, Carthaginensium imperator, post longum et arduum iter ab Hispania per Galliam cum militibus suis pervenit. Magna nivis copia in montibus est et cuncti milites, iam duris laboribus fessi¹, novas difficultates novaque pericula timent: multi etiam iter recusant. Tum Hannibal ex Alpium cacumine pulchras Italiae terras militibus suis ostendit et sic animos adflictos recreat. Postridie profectionis signum dat: ducis imperio cuncti obtemperant. Sed locorum asperitate atque frigore nonnulli in itinere mortem inveniunt. Nix enim loca tegit et homines et elephanti cum multis sarcinis in altas voragines praecipitant. Iam milites saluti desperant, sed Hannibalis animum nec preces nec lacrimae movent. Tum milites iter a nive purgant et supersites denique in Italiam descedunt.

¹ Nom. plu. "cansados".